Oportet reges suas frontarias premunire et eos qui se opponunt contra eorumdem inimicos bonis foris laudabilibusque consuetudinibus decorare. Idcirco presentibus et futuris notum sit ac manifestum quod ego Fernandus dei gratia rex Toleti et Castelle. una cum uxore mea regina dona Beatrice. et cum filio meo Alfonso. ex assensu et beneplacito domne Berengarie Regine genitricis mee. facio cartam donationis. concessionis. confirmationis. et stabilitatis uobis omnibus populatoribus de Corraglo presentibus et futuris perpetuo ualituram. Dono itaque uobis et concedo forum cuiuslibet ville uel ciuitatis de regno meo quodcumque domnus Rodericus Toletanus archiepiscopus eligere uoluerit ad opus uestrum. ut illud habeatis et eo utamini irreuocabiliter in eternum. Siquis uero hanc cartam infringere seu diminuere in aliquo presumpserit. iram dei omnipotentis plenarie incurrat. et cum Iuda domini proditore penas sustineat infernales. et regie parti mille aureos in coto persoluat. et dampnum uobis super hoc illatum restituat duplicatum. Facta carta apud Fresno. xxiiii. die Ian. Era. M. CC. LX. Et ego Rex F. regnans in Toleto et Castella. hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et confirmo.

Rodericus Toletane sedis archiepiscopus hyspaniarum primas confirmat.

Mauricius burgensis episcopus conf.	Aluarus didaci conf.
Tellius palentinus episcopus conf.	Alfonsus tellii conf.
Geraldus secobiensis episcopus conf.	Rodericus roderici conf.
Lupus segontinus episcopus conf.	Iohannes gonsalui conf.
Garsias conchensis episcopus conf.	Suerius tellii conf.
Melendus oxomensis episcopus conf.	[illegible] gonsalui conf.
Domnus abulensis episcopus conf.	Guillelmus gonsalui conf.
Domnus placentinus episcopus conf.	G. ferr. maiordomus regine domne Ber. conf.
Iohannes domini regis cancellarius abbas uallisoleti conf.	F. ladronis maior merinus in Castella conf.

Egidius iussu cancellarii scripsit.